

## Band VI., Nr. 1842, Seite 238

*Propst Wernher, Dekan Hermann und Kapitel von Wimpfen verleihen dem Schultheißen Dietmar von Großgartach ihren dortigen Hof und Kleinzehnten als Erblehen.*

Wimpfen, 1265. Dezember 18.

Nos Wernherus prepositus, Her. decanus et capitulum Winpinensis ecclesie tenore presentium profiteamur, quod de communi consilio curiam nostram in maiori Gartach cum agris attinentibus circiter duo iuga boum concessimus Dietmaro sculteto ibidem iure hereditario possidendam, ea videlicet adiecta et expressa condicione, quod terciam partem de eisdem bonis provenientes nobis integraliter sine dampno quolibet representet et ut iura advocaticia sine omni dampno ecclesie nostre persolvat. Maldrum siliginis, maldrum spelte, maldrum avene sibi contulimus singulis annis in reconpensam. Addidimus etiam sibi de speciali nostra gratia minutam decimam infra septa cum lino, piris et pomis, que pro parte nostra nobis cedere de iure tenentur. Post obitum vero suum et uxoris sue unus heredum suorum ipsis bonis integris et indivisis permanentibus sumptibus propriis bene et fideliter excolere tenentur fimum in eisdem bonis habitum et collectum integre super eadem bona deducendo. Hoc adiecto quod si minus bene coluerint, quod manifesta et ratione probabili poterit conprobari, ipsa bona ad ecclesiam Winpinensem predictam redeant libera et soluta. Addimus preterea, quod idem scultetus vel quicumque heredum suorum bona predicta excoluerit fidelitatem ecclesie nostre sicut alii mansionarii nostri iuret firmiter conservandam. Testes qui supradictis omnibus interfuerunt et audiverunt hii sunt: Her. decanus, R. de Titensheim, C. de Heilprunn, milites de Eicholfisheim<sup>1</sup>, scilicet H. C. et G., H. de Gartach, Albertus Kiuer, H. scultetus, Gumbertus Gabiler. In cuius rei testimonium et stabilem firmitatem presens scriptum inde fieri fecimus sigillo venerabilis domini prepositi, capituli Winpinensis, domini E. de Winsperc et civitatis Winpinensis sigillis communitum. <br> <br> Acta sunt hec in Wimpina, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXV<sup>o</sup>., proxima sexta feria ante Nativitatem domini.

Nach dem Nekrolog des Stifts Wimpfen aus dem 13. Jahrhundert, fol. 2.

<sup>1</sup>Großeicholzheim, Seckach, MOS, bzw. Kleineicholzheim, Schefflenz, MOS.

## Überlieferung und Publikationen

### Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 5, S. 5, Nr. 20.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Wimpfen

### Ortsindex:

Diedesheim Wohnplatz (6081) <br> Diedesheim, Mosbach, MOS <br>  
Großeicholzheim Wohnplatz (6170) <br> Großeicholzheim, Seckach, MOS <br>  
Großgartach Wohnplatz (2040) <br> Großgartach, Leingarten, HN <br>  
Heilbronn Wohnplatz (1773) <br> Heilbronn, HN <br> Kleineicholz-  
heim Wohnplatz (6222) <br> Kleineicholzheim, Schefflenz, MOS <br>  
Weinsberg Wohnplatz (2238) <br> Weinsberg, HN <br> Wimpfen im  
Tal Wohnplatz (1853) <br> Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN